ceteræque ſtellæ conditæ ſunt. quæ apoſtoloſ ac ceteroſ doctoreſ ſignificant. Hi enim ad illuminandam cæcitatem preſentiſ uitæ conditi ſunt. iuxta apoſtolum dicentem. poſiti inquit eſtiſ in media nationiſ prauæ et peruerſæ. inter quoſ luceriſ uelut luminaria in mundo uerbum uitæ continentes. Apte ergo hic pſalmuſ titulatur quarta ſabbati. qui ex eorum perſona inſtituit minuſ perfectoſ. et loquitur ex diuiniſ iudiciiſ propheta. DEUS ultionum dominuſ. Dominuſ inquit xpiſtuſ eſt deuſ ultionum. id eſt deuſ uindictarum. quoniam ipſe punit. et ulciſcitur male agenteſ. Cur ergo ſe aliquiſ ulciſci feſtinet. audienſ dominum eſſe deum ultionum. Ipſe enim ait. Mihi uindicta. ego retribuam dicit dominuſ. Libere egit. quia nullo impediente iudicauit libere in miraculiſ. qui quoſcumque uolebat ſanabat in predicatione. Etiam libere egit. quia erat docenſ non ſicut ſcribæ et phariſei. ſed quaſi in poteſtate habenſ ſermonem. In ipſa quoque morte libere egit quia mortiſ legibus detineri non potuit. Exaltare qui iudicaſ terram. id eſt utinam exalteriſ aſcendenſ in cælum qui humiliatuſ eſ. et ab hominibus iudicatuſ. Redde retributionem ſuperbiſ. cum dicturuſ eſ. Ite in ignem æternum. Uſquequo peccatoreſ domine. Ex perſona quorundam minuſ perfectorum loquitur qui inpatientia quadam aguntur motum animi ſui ſequendo. Cui omniſ mora inpatienſ eſt. tardum ſibi uidetur omne quod in futurum promittitur. Hi ergo taleſ. diuina iudicia quæ ſuo tempore implenda ſunt differri cauſantur. Effabuntur et loquentur iniquitatem. ſubaudiſ quouſque. Effari eſt. ſuper eloqui. quod de hereticiſ et perſecutoribus intellegitur. qui ſuperbe et iactanter loquuntur ſanctoſ ſubſannabant. Populum tuum domine humiliauerunt. id eſt conculcauerunt. et ſubſe proſtrauerunt. ſe eiſ ſuperioreſ omnimodiſ oſtendenteſ. Et hereditatem tuam. id eſt eccleſiam uexauerunt aduerſitatibus ſuiſ et perſecutionibus. Et hereditatem tuam uexauerunt id eſt electoſ tuoſ. Uiduam et aduenam et cetera. Hic in nimia et crudelitaſ. diuinorum etiam notatur tranſgreſſio preceptorum. Lege enim diuina. uiduæ et pupilli honorari iubentur. Cuiuſ iſti immemoreſ. et contrario eoſ affligebant. hoc quidem iuxta litteram. Ceterum allegorice per hereditatem uidua et aduena eccleſia deſignatur. quæ uidua eſt. non habenſ in preſenti uirum ſuum xpiſtum. Ipſa eſt et aduena. quia peregrinatur in preſenti. Hanc heretici et perſecutoreſ affligunt. et uexant inmanitate perſecutionum. Non uidebit dominuſ. id eſt non intelleget mala noſtra. nec habet diſcretionem malorum et bonorum. Inſipienteſ in populo. id eſt qui dicitiſ. non uidebit dominuſ. Qui plantauit aurem. id eſt qui tribuit auditum hominibus et animalibus non audiet. Qui finxit oculum id eſt qui dedit oculum non uidebit. Non conſiderat. facit utique. Qui corripit genteſ. id eſt qui admonet in preſenti. Non per nomine arguet. faciet omnino in futuro. Qui docet hominem ſcientiam. ſubaudiſ. non arguet illum. ut non ne maiorem ſcientiam ſibi reſeruauit. Quoniam uanæ ſunt. id eſt nullum fructum afferunt. quoniam terrena et tranſitoria tantum. non autem celeſtia ut permanentia tractant. Beatuſ homo quem tu erudieriſ domine. id eſt cui intellectum tribuiſ in ſcripturiſ ſacriſ et uoluntatem. Ut mitigeſ eum a diebus maliſ. id eſt ut mitem et pacientem quidem eum faciaſ in diebus maliſ. Iſ enim uere beatuſ eſt. cui hilaritaſ et tranquillitaſ mentiſ datur. Ut mitigetur ei a diebus maliſ. id eſt ut patienter mala preſentiſ uitæ ſuſtineat. Nam per patientiam ſancti beatificantur. Neque ſane eoſ tormenta beatoſ et glorioſoſ redderent. niſi ea tollerando patienter ſuperarent. Donec fodiatur peccatori fouea. id eſt donec peccatoreſ in ſepulchriſ ponantur. et animæ eorum tranſferantur ad infernum. Quo adusque iuſticia. id eſt donec apoſtoli qui iuſte uixerunt. ad iudicandum ueniant cum domino. Iuſticia uocantur ſancti. qui diuina gratia meruerunt iuſtificari. Hi conuertentur in iudicium. quando cum domino ad iudicandum reſidebunt. Et qui iuxta illam. ſubaudiſ iuſticiam. Omneſ qui recto ſunt corde. id eſt qui ſunt imitatoreſ apoſtolorum. cernenſ uidelicet maloſ proſperari. adtacta indignatione lapſuſ ſum. ut meritus eſſem poeniſ gehennalibus tradi. niſi diuinitatiſ fuiſſem miſericordiam manu adiutuſ. Quiſ conſurget mihi. Uox xpiſti in agone paſſioniſ conſtituti. quiſ inquit conſurget mihi. id eſt quiſ ſtabit pro me conſtituto in certamine. Ac ſi diceret. Quiſ eſt ſufficienſ ut mecum operetur humani generiſ redemptionem. ſubaudiſ. Nulluſ. niſi ipſe ſoluſ. iuxta quod alibi dicitur. ſaluabit mihi brachium meum. et fortitudo mea auxiliata eſt mihi. Quidam hoc ex perſona prophetæ accipiunt conquerentiſ aduerſum reproboſ. et expetentiſ ad eorum damnationem diuinum auxilium. Quiſ inquit conſurget mihi. Quiſ punietur et multabit æterna damnatione reproboſ. non ſoluſ xpiſtuſ. uel hoc ex perſona eorum qui potentiam reproborum inualuiſſe dolent. Si dicebam motuſ eſt peſ meuſ. ſi quando aperiebam peccata mea dicenſ notam eſſe. intelligentiam animi mei a rectitudine uitæ intelligenſ uidelicet et pruittanſ me in